

soluzione ad fiscum vadij similis summo, de qua transactio
esset et nullitate ejusmodi transactionis et ipsa ^{contra} para. In fra-
ctores Legum perduellionisq; inhibemus et interdiciamus, Com-
pendentias quoq; et Co-intelligentias cum externis in prop-
dicium Junium Reipublica et horum Ducatum uti iam
anterius inhibitas et lege publica vetitas, nunc quoque
prohibemus sub penis in Constitutione Regni Prodnensi
vallatis et aliis reverisimis pro qualitate attentatorum
irremissibiliter in reassumptione ejusdem Commissionis
vel Judicij Relationum propriarum Se Re M^o de-
cernendis, securitatem quoque omnimodam quibusvis per-
sonis cujuscunq; Status et Conditionis coram Judicio No-
stro Litigantibus et praecipue Nobili Radzki Consiliarij et
fiscali Illustrissimi Ducis, Negotia Domus Ducalis pro-
moventi, tuta et Nobilibus, Advocatis, Aulicis Causas qua-
vis promoventibus, et defendentibus a vi et potentia ac qua-
vis impetitione ex occasione eorum Officii, sub penis In-
violatores salvi Conductis in Legibus descriptis in Foro-
Competenti vindicandis et irremissibiliter Statuendis ce-
vernus, post qua praemissa Actam presententem ad aliud
commodius et opportunius tempus et terminum per
Innotescentiales Nostras Literas ex re et necessitate inti-
mandum et indicendum una cum desiderijs Civitatum Li-
mitamus, Causasq; et actiones quae registro judiciali inter-
pta sunt, hos, quos nunc habere terminos debuerunt et
habent ipsis infutura reassumptione Commissionis con-
servamus, non praeccludendo ordinariam Juris viam illis
qui in foris suis Competentibus non expectata reassum-
ptione Commissionis Causas suas prosequi et experiri vo-
luerint, prout quidem haec modo praemisso Limitatio No-
stra per Ministerialem Terrarum Regni Generalem Pro-
vidum Skaradinski ad sonum Tuba est publicata et pro-
clamata.

Lotym wystuchanym Dekrecie Supplikowat Equestris Or-
do cum Mareschalco et Deputatis za Panem Kieyzerlingiam
Kancelerzem, ze się zadosyci Justitia Commissionali stac nie
moze wstawieniu onego w Warszawie dla naruzienia Para-
lizem, tedy dali na się Skrypt, ze go maia stawic w ktorykol-
wiek

wiek